

Expositio libri Exodi

Auslegung des Buches Exodus

herausgegeben von

Konrad Weiß

revidiert von

Loris Sturlese

## TABULA AUCTORITATUM LIBRI EXODI

Notandum quod in Exodo pauca exponuntur, tum quia in Glossis tanguntur et communiter ab expositoribus, tum quia super his rarius occurrebat occasio conferendi. Propter quas causas idem etiam modus, pauci scilicet exponendi, erit deinceps per totum vetus testamentum praeter Psalterium, quod cotidie in usum venit.

*Haec sunt nomina filiorum Israel.* Capitulum primum Et infra: *Quia timuerunt obstetrices deum, aedificavit illis domos.* Prima auctoritas.

Ibi invenies diversas sententias sanctorum circa mendacium obstetricum.

*Egressus est post haec.* Capitulum secundum. Et infra: *Quis te constituit iudicem super nos?* Prima auctoritas

Ibi invenies quasdam condiciones necessarias iudici, ut bene iudicet et iuste. (p. 2)

*Moses autem pascebat oves.* Capitulum tertium. Prima auctoritas.

Ibi iterum habes condiciones quasdam iudici necessarias.

*Abscondit Moses faciem suam.* Secunda auctoritas.

Ibi invenies tres modos exponendi praemissum verbum et quaedam notabilia.

*Ego sum qui sum.* Tertia auctoritas.

Ibi plura invenies notabilia circa naturam dei, de esse et essentia et septem modos exponendi id quod dicitur: *sum qui sum.*

*Qui est, misit me.* Quarta auctoritas.

Ibi invenies iterum notabilia de deo et de esse ex canone, ex Hieronymo, ex Augustino, ex Bernardo et Rabbi Moyse. Et in fine iterum quod iudices, doctores et praedicatores debent esse missi a deo, non sibimet officium usurpare.

*Hoc nomen mihi est in aeternum.* Quinta auctoritas.

*Tunc cecinit Moyses.* Capitulum decimum quintum. Et infra: (p. 3) *Omnipotens nomen eius.* Prima auctoritas.

Ibi habes primo breviter et luculenter quae deus possit et quae aut qualia non possit vel potius dicatur non posse a vulgaribus. Habes etiam ibidem plura de nominibus, quibus deus nominatur in scriptura, a philosophis, a sanctis et doctoribus, et quomodo sola substantia et relatio secundum genus suum admittuntur in

## INHALTSVERZEICHNIS ZUR EXODUSAUSLEGUNG

Es ist zu bemerken, dass im Buch Exodus nur wenig ausgelegt wird, weil es in den Glossen und auch sonst von den Auslegern behandelt wird und weil sich seltener Gelegenheit bot, hierüber zu sprechen. Aus diesen Gründen wird dasselbe Verfahren, nämlich nur wenig auszulegen, in der Folge durch das ganze Alte Testament hindurch beobachtet werden, abgesehen von dem Psalter, der ja täglich von uns benutzt wird.

*Dies sind die Namen der Kinder Israel (V. 1).* Erstes Kapitel. Und weiter unten: *Weil die Hebammen Gott fürchteten, baute er ihnen Häuser (V. 21).* Erster Ausspruch.

Dort findet man verschiedene Ansichten der Heiligen über die Lüge der Hebammen.

*Danach zog ein Mann aus (V. 1).* Zweites Kapitel. Und weiter unten: *Wer hat dich zum Richter über uns gesetzt? (V. 14)* Erster Ausspruch.

Dort findet man gewisse Bedingungen, die ein Richter erfüllen muss, um gut und gerecht zu richten.

*Moses aber hütete die Schafe (V. 1).* Drittes Kapitel. Erster Ausspruch.

Dort findet man wieder gewisse Bedingungen, die ein Richter erfüllen muss.

*Moses verhüllte sein Angesicht (V. 6).* Zweiter Ausspruch.

Dort findet man drei Arten, das angeführte Wort auszulegen, und einiges Bemerkenswerte.

*Ich bin, der ich bin (V. 14).* Dritter Ausspruch.

Dort findet man mehrere Bemerkenswerte über die Natur Gottes, über das Sein und die Wesenheit und sieben Arten, das Wort: *ich bin, der ich bin* auszulegen.

*Der da ist, hat mich gesandt (V. 14).* Vierter Ausspruch.

Dort findet man wiederum Bemerkenswertes über Gott und das Sein aus der Schrift, aus Hieronymus, Augustin, Bernhard und Maimonides. Zum Schluss (findet man) wiederum, dass Richter, Lehrer und Prediger von Gott gesandt sein müssen und sich nicht selbst ihr Amt anmaßen dürfen.

*Das ist mein Name in Ewigkeit (V. 15).* Fünfter Ausspruch.

*Da sang Moses (V. 1).* Fünfzehntes Kapitel. Und weiter unten: *Allmächtiger ist sein Name (V. 3).* Erster Ausspruch.

Dort findet man erstens kurz und klar (dargelegt), was Gott vermag und was oder welcher Art Dinge er nicht vermag oder vielmehr, wovon es im Volke heißt, er vermöge es nicht. Man findet ferner ebendort mehreres über die Namen, mit denen Gott in der Schrift und von den Philosophen, Heiligen und Lehrern genannt wird, und inwiefern allein (die Kategorien) Substanz und Relation ihrer Gattung nach auf

divinis, et quomodo affirmationes sunt propriae in divinis, negationes autem impropriae. Nec obstat verbum Dionysii dicentis<sup>1</sup> quod negationes in divinis sunt verae, affirmationes autem incompactae. Plura etiam valde invenies notabilia et proprietates dei quantum ad propositiones, quaestiones et diversas expositiones.

*Dominus regnavit – vel regnabit – in aeternum et ultra.* Secunda auctoritas.

Ibi octo vel novem modos exponendi verbum praemisum et circa hoc plura notabilia.

*Profectique sunt* etc. Capitulum decimum sextum. Et infra: (p. 4) *Nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus paraverat, repperit minus.* Prima auctoritas.

Ibi invenies notabilia plura de natura et proprietate divinorum.

*Cumque audisset Iethro.* Capitulum duodevicesimum. Et infra: *Audi verba mea atque consilia.* Prima auctoritas.

Ibi invenies quinque notanda in habentibus potestatem, quamvis non sint subtilia.

*Locutusque est dominus.* Capitulum vicesimum. Prima auctoritas.

Ibi invenies plura de praeceptis, specialiter de decem moralibus, quomodo caritas non videtur contineri inter illa decem, et circa hoc plures modos dicendi.

*Non habebis deos alienos coram me.* Secunda auctoritas.

Ubi habes plura de proprietate dei et creaturarum. Primo octo rationes tactas breviter quod non possunt esse plures dii. Secundo sex rationes ostendentes quod deus et ipse solus nulli est alienus. (p. 5)

*Neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper et quae in terra deorsum.* Tertia auctoritas.

Ibi invenies plura notabilia, puta quod nulla creatura alteri tam dissimilis quam est deo dissimilis, per tres rationes. Item quod nulla tam similis, per tres rationes. Iterum etiam quod nulla creatura alteri est tam similis nec alicui tam dissimilis quam creatura quaelibet ipso deo est similis pariter et dissimilis. Et circa hoc quaedam alia. Adhuc autem ibidem, utrum in caelo sit sursum et deorsum, et de situ, quando est praedicamenti genus unum de decem, et quando est species unius generis.

---

<sup>1</sup> Dionysius, De caelesti hierarchia, c. 2 (Dionysiaca 758, 4 - 759, 3).

Gott anwendbar sind, und inwiefern die bejahenden Aussagen von Gott eigentliche Bedeutung haben, die verneinenden dagegen uneigentliche. Dem steht das Wort des Dionysius nicht entgegen, der sagt, die verneinenden Aussagen über die Gottheit seien wahr, die bejahenden aber unzutreffend. Man findet noch weiteres sehr Bemerkenswertes sowie die besondern Eigenschaften Gottes, (sofern sie) in Thesen, Problemen und verschiedenen Auslegungen (erörtert werden).

*Der Herr war – oder wird sein – König in Ewigkeit, und darüber hinaus (V. 18).* Zweiter Ausspruch.

Dort (findet man) acht oder neun Arten, das angeführte Wort auszulegen, und im Zusammenhang damit mehreres Bemerkenswerte.

*Sie brachen auf* usw. (V. 1) Sechzehntes Kapitel. Und weiter unten: *Wer mehr gesammelt hatte, hatte doch nicht mehr, und wer weniger gesammelt hatte, bekam nicht weniger (V. 18).* Erster Ausspruch.

Dort findet man mehreres Bemerkenswerte über das Wesen und die Eigentümlichkeit des Göttlichen.

*Als Jethro gehört hatte (V. 1).* Achtzehntes Kapitel. Und weiter unten: *Höre meine Worte und Ratschläge (V. 19).* Erster Ausspruch.

Dort findet man fünf bemerkenswerte (Vorschriften) für solche, die Macht haben. Sie gehen allerdings nicht sehr in die Tiefe.

*Der Herr sprach (V. 1).* Zwanzigstes Kapitel. Erster Ausspruch.

Dort findet man mancherlei über die Gebote; hinsichtlich der Zehn Gebote besonders (die Erörterung der Frage), inwiefern die Liebe in ihnen keinen Platz zu haben scheint, und mehrere Antworten darauf.

*Du sollst keine fremden Götter neben mir haben (V. 3).* Zweiter Ausspruch.

Dort findet man mehreres über die Eigentümlichkeit Gottes und die der Geschöpfe. Zuerst acht nur kurz ausgeführte Gründe dafür, dass es nicht mehrere Götter geben kann. Zweitens sechs Gründe, die zeigen, dass Gott, und er allein, keinem fremd ist.

*Noch irgendein Gleichnis von dem, was oben im Himmel und unten auf Erden ist (V. 4).* Dritter Ausspruch.

Dort findet man mehreres Bemerkenswerte, nämlich dass kein Geschöpf dem andern so unähnlich ist, wie es Gott unähnlich ist, und das aus drei Gründen. Ferner, dass keines so ähnlich ist, aus drei Gründen. Wiederum auch, dass kein Geschöpf dem andern zugleich so ähnlich und so unähnlich ist, wie jedes Geschöpf Gott zugleich ähnlich und unähnlich ist. Im Zusammenhang damit einiges andere. Ferner wird daselbst erörtert, ob es im Himmel(skörper) Oben und Unten gibt. Dabei wird von der Lage gehandelt, sofern sie eine von den zehn Kategorien und sofern sie Art innerhalb einer Gattung ist.

*Visitans iniquitatem patrum in filios* etc. Quarta auctoritas.

Ibi habes aliqua breviter de perfectione septenarii, et utrum binarius sit numerus, satis diffuse. Item de unitate formarum et quaedam notabilia.

*Non assumes nomen dei tui in vanum*. Quinta auctoritas.

Ibi habes plura notabilia de nominibus dei diffuse valde, de quo et prius capitulo decimo quinto super illo: 'omnipotens nomen eius'.

*Honora patrem tuum*. Sexta auctoritas.

Aliqua notabilia habes ibidem. (p. 6)

*Non concupisces domum proximi tui*. Septima auctoritas.

Auctoritas ista exponitur quindecim modis, inter quos sunt multa notabilia. Post ultimam vero illarum habes plura notabilia de duplici natura in homine, scilicet sensitiva et rationali, creatura mala et bona, de angelo bono et malo singulis hominibus deputatis. Et secundum hoc exponuntur plurimae auctoritates utriusque testamenti. Postremo habes ibidem quattuor advertenda circa praecepta dei, de quibus agitur in hoc vicesimo capitulo.

*Stetitque populus de longe*. Octava auctoritas.

Habes quod deus prope est omni enti, longe autem omni peccato, malo, utpote non enti et nihilo.

*Moses accessit ad caliginem, in qua erat deus*. Nona auctoritas.

Verbum hoc breviter quidem, sed multis modis exponitur.

*Altare de terra facietis mihi*. Decima auctoritas.

Ibi invenies plura notabilia de operibus bonis et divinis.

*Offeretis super eo holocausta et pacifica vestra*. Undecima auctoritas.

Habes distinctum triplex genus sacrificiorum et circa hoc notabilia. (p. 7)

*Si quis furatus fuerit*. Capitulum vicesimum secundum. Et infra: *Quattuor oves pro una ove*. Prima auctoritas.

*Der die Schuld der Väter an den Kindern heimsucht (bis ins dritte und vierte Geschlecht derer, die mich verachten) (V. 5).* Vierter Ausspruch.

Dort findet man in Kürze einiges über die Vollkommenheit der Sieben und ziemlich ausführliche (Darlegungen über die Frage), ob die Zwei eine Zahl ist, ferner (eine Erörterung) über die Einheit der (Wesens-)Formen und sonst noch einiges Bemerkenswerte.

*Du sollst den Namen deines Gottes nicht unnütz führen (V. 7).* Fünfter Ausspruch.

Dort findet man mehreres Bemerkenswerte über die Namen Gottes in großer Ausführlichkeit, worüber auch oben im fünfzehnten Kapitel bei dem Wort: ‚Allmächtiger ist sein Name‘ (gehandelt worden ist).

*Ehre deinen Vater (V. 12).* Sechster Ausspruch.

Einiges Bemerkenswerte findet man dort.

*Du sollst nicht deines Nächsten Haus begehren (V. 17).* Siebter Ausspruch.

Dieser Ausspruch wird auf fünfzehn Arten ausgelegt, unter denen vieles Bemerkenswerte ist. Nach der letzten (Auslegung) findet man mehreres Bemerkenswerte über die zwiespältige Natur im Menschen, nämlich die sinnliche und die vernünftige, über das böse und das gute Geschöpf, über den guten und den bösen Engel, die jedem Menschen zugeteilt werden. Demgemäß werden sehr viele Aussprüche beider Testamente ausgelegt. Zuletzt findet man ebendort viererlei, was hinsichtlich der Gebote Gottes zu beachten ist, über die in diesem zwanzigsten Kapitel gehandelt wird.

*Und das Volk blieb in der Entfernung stehen (V. 21).* Achter Ausspruch.

Man findet (hier), dass Gott allem Seienden nahe, aller Sünde aber, (allem) Übel fern ist; denn sie sind Nichtseiendes und nichts.

*Moses ging in das Dunkel, in dem Gott war (V. 21).* Neunter Ausspruch.

Dieses Wort wird zwar kurz, doch auf viele Arten ausgelegt.

*Einen Altar aus Erde sollt ihr mir bereiten (V. 24).* Zehnter Ausspruch.

Dort findet man mehreres Bemerkenswerte über die guten und göttlichen Werke.

*Ihr sollt auf ihm eure Brandopfer und Heilsopfer darbringen (V. 24).* Elfter Ausspruch.

Dort findet man die drei verschiedenen Opfergattungen und Bemerkenswertes im Zusammenhang damit.

*Wenn einer gestohlen hat (V. 1).* Zweiundzwanzigstes Kapitel. Und weiter unten: *Vier Schafe für ein Schaf (V. 1).* Erster Ausspruch.

*Non suscipies vocem mendacii.* Capitulum vicesimum tertium. Et infra: *Non coques haedum in lacte matris suae.* Prima auctoritas.

Multis modis exponitur.

*Moysi quoque dixit.* Capitulum vicesimum quartum. Et infra: *Ascende ad me in montem et esto ibi.* Prima auctoritas.

Singula ponderanda. Primo quod ait *ascende*. Secundo quod dicit *ad me*. Tertio quod dicitur *in montem*. Quarto quod sequitur *et esto ibi*.

*Locutusque est dominus ad Moysen.* Capitulum tricesimum primum. Et infra in fine: *Duas tabulas scriptas digito dei.* Prima auctoritas. (p. 8)

*Videns autem populus.* Capitulum tricesimum secundum. Et infra: *Dele me de libro tuo.* Prima auctoritas.

*Locutusque est dominus ad Moysen.* Capitulum tricesimum tertium. Et infra: *Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te.* Prima auctoritas.

Habes ibi quaedam notabilia.

*Ostende mihi gloriam tuam.* Secunda auctoritas.

*Ego ostendam tibi omne bonum.* Tertia auctoritas.

*Faciem meam videre non poteris.* Quarta auctoritas.

*Ac deinceps.* Capitulum tricesimum quartum. Et infra: *Reddis iniquitatem patrum in tertiam et in quartam progeniem.* Prima auctoritas. (p. 9)



*Du sollst keine Lüge unterstützen (V. 1).* Dreiundzwanzigstes Kapitel. Und weiter unten: *Du sollst ein Böckchen nicht in der Milch seiner Mutter kochen (V. 19).* Erster Ausspruch.

Dies wird auf viele Arten ausgelegt.

*Er sagte auch zu Moses (V. 1).* Vierundzwanzigstes Kapitel. Und weiter unten: *Steige hinauf zu mir auf den Berg und sei dort (V. 12).* Erster Ausspruch.

Jedes Wort ist zu wägen. Erstens, dass er befiehlt: *steige hinauf*. Zweitens, dass er sagt: *zu mir*. Drittens, dass es heißt: *auf den Berg*. Viertens, dass folgt: *und sei dort*.

*Der Herr sprach zu Moses (V. 1).* Einunddreißigstes Kapitel. Und weiter unten am Schluss (des Kapitels): *Zwei mit dem Finger Gottes beschriebene Tafeln (V. 18).* Erster Ausspruch.

*Als aber das Volk sah (V. 1).* Zweiunddreißigstes Kapitel. Und weiter unten: *Tilge mich aus deinem Buch (V. 32).* Erster Ausspruch.

*Der Herr sprach zu Moses (V. 1).* Dreiunddreißigstes Kapitel. Und weiter unten: *Zeige mir dein Angesicht, damit ich dich kenne (V. 13).* Erster Ausspruch.

Dort findet man einige bemerkenswerte Ausführungen.

*Zeige mir deine Herrlichkeit (V. 18).* Zweiter Ausspruch.

*Ich werde dir alles Gute zeigen (V. 19).* Dritter Ausspruch.

*Mein Angesicht wirst du nicht schauen können (V. 23).* Vierter Ausspruch.

*Weiterhin (befahl er) (V. 1).* Vierunddreißigstes Kapitel. Und weiter unten: *Du suchst die Schuld der Väter heim bis ins dritte und vierte Geschlecht (V. 7).* Erster Ausspruch.

## CAPITULUM PRIMUM

*Haec sunt nomina filiorum Israel. Et infra: Quia timuerunt obstetrices deum, aedificavit illis domos.* Prima auctoritas.

- 1 Per *domos* divitiae sive prosperitas temporalis intelligitur, ut ait Augustinus in libro Locutionum Exodi c. 2<sup>1</sup>, et est hic in Glossa<sup>2</sup>.  
Secundo notandum quod praemissa verba a diversis sanctis diversimode exponuntur.
- 2 Sciendum ergo quod in facto istarum obstetricum est duo considerare. Primum est pietas, qua infantes conservaverunt et *deum timuerunt*. Secundum est quod mentitae sunt Pharaoni et quod vitae suae timuerunt.  
In primo facto meruerunt etiam mercedem aeternam et domos spirituales, sicut de beato Augustino scribitur<sup>3</sup> quod »accepit« »domum non manu factam« »in caelis«. Et Luc. 16 in figura dicitur: 'cum amotus fuero a villicatione, (p. 10) recipiant me in domos suas'. Et ista videtur sententia Hieronymi<sup>4</sup>, et ab ipsa non discrepat Augustinus<sup>5</sup>. Gregorius tamen hic in Glossa dicit<sup>6</sup> quod pro culpa mendacii merces aeterna commutata est ipsis in mercedem temporalem, quia *aedificavit illis domos*, possessiones scilicet temporales. Quod tamen non videtur, quia solum peccatum mortale privat mercedem aeternam. Mendacium autem officiosum etiam secundum ipsum Gregorium<sup>7</sup> inter levia et venialia peccata computatur.
- 3 In secundo autem facto, scilicet quod mentitae sunt et vitae suae timuerunt, certum est secundum omnes sanctos communiter quod peccaverunt, tum quia mentitae sunt, tum quia sibi timentes bonum proprium quaesiverunt. Et sic nihil prorsus meruerunt, nec aeternam sed nec temporalem mercedem. Unde si per domos ipsis aedificatas a deo intelligantur possessiones temporales, (p. 11) dicendum potius quod ex primo facto, pietatis scilicet, non solum meruerunt aeternam mercedem, sed simul etiam temporalem. Moyses autem temporalem mercedem expressit, tum quia spiritualis interius latet hominem, temporalis foris apparet hominibus, tum quia populus, cui Moyses loquebatur, carnalia sapiebat et quaerebat.
- 4 Ubi ex dictis advertenda est commendatio pietatis et universaliter boni operis, quo caelestia simul et terrena bona merentur. Unde sicut in sancto opere sunt duo, scilicet affectus interior et actus exterior, sic et in mercede sive praemio sunt duo, ut et in hoc verum sit quod Eccli. 33 dicitur: 'duo contra duo'. Verbum tamen Gregorii exponit et salvat Thomas II II q. 101 a. 4 ad 3<sup>8</sup>.

<sup>1</sup> Augustinus, Locutiones in Heptateuchum, II, c. 2 (Fraipont 404, 8-10).

<sup>2</sup> Glossa ordinaria, Exodi 1, 19 (PL 113, 188 A).

<sup>3</sup> Breviarium OP, Antiphona ad 'Magnificat' in vespis secundis s. Augustini.

<sup>4</sup> Hieronymus, Commentarii in Esaiam, XVIII, c. 65 (Adriaen 763, 13 - 764, 18).

<sup>5</sup> Augustinus, Quaestiones in Heptateuchum, II, q. 1 (Fraipont 70, 2-25).

<sup>6</sup> Glossa ordinaria, Exodi 1, 21 (PL 113, 187 D - 188 A). Gregorius, Moralia, XVIII, c. 3, n. 6, Adriaen 889, 26-35.

<sup>7</sup> Gregorius, Moralia, XVIII, c. 3, n. 5 (Adriaen 888, 15-18).

<sup>8</sup> Thomas, Summa theologiae, II II, q. 110, a. 4 ad 4.